


43885



268



K. Schmidt.  
Magdeburg 1862.





SUPREMO HONORI  
JUVENIS PRÆSTANTISSIMI ET POLITISSIMI  
PAULI JEREMIAE  
NÆFII HALLENSIS

J. V. C.

Confecrat

CHRISTIAN. FRIEDERICVS

Francenstein Gymnafii

Rector.



HALLIS SAXONIAE.

Typis Johannis Rappoldti.

*Handwritten signature: Johann Rappoldt*



ACADEMIAE  
PALATIIS  
HALLENSIS

CHRISTIAN. FRIEDERICVS


Stammheim Gymnast

Rektor

Johann Koppelt

*Handwritten signature*





**P**Riscis temporibus, quibus apud gentiles nullio  
us rei quam Deorum vilior annona fuit, non  
temere ullum elementum majori cultu affectum  
reperias quam ignem. Adeo non tantum publicis  
in pompis præferri eum regibus univèrse penè A-  
siae moris fuit, à quibus remissa postea ad Roma-  
nos manasse probabile est, sed & exquisitis ho-  
stijs eidem faciebant, certisq; ceremonijs illius nu-  
men potestatemq; venerabantur. Pertinacius  
tamen cæteris & ad extrema usq; tempora hono-  
rem isthunc igni exhibuere Persæ, Domini etiam  
eidem appellationem tribuentes. πῦρ δέσποτα ἱεῖος  
dicebant Ἰνδῶν τῶν ὀνδρῶν τῶν ὀνδρῶν ἱεῖος, Maximo Tyrio  
Ierm 38. auctore. Quin & ubi cuicumq; de-  
mum Deo alij sacrificarent, primas tamen tenebat  
ignis, quem non secus ac Romani Janum suis in sa-  
cris præfabantur. Pariter etiam supplicandi ge-  
nus acerrimum erat & repulse securum, si quan-  
do supplex cum igne in fluvium descendens ignem  
se in eum abjecturum minaretur: Fieri enim vo-

ti compotem necesse erat, Referente Plutarcho  
in l. de primo frigido, t. 2. p. m 950. E. *Causas*  
*venerationis istius nolo repetere altius, cum certū*  
*sit, ignem ob calorem, lucem & levitatem cœlestibus*  
*corporibus videri non ab similem, nec ipsi adeò Deo,*  
*quem cum Heraclito multi ignem perpetuo lucen-*  
*tem παντοδύναμον καὶ παντοκράτορα, δυνάμενον κρατῆσαι, κτίσαι*  
*ποιῆσαι, τρέφειν, αὐξάνειν, σῶζειν credebant. Aquâ sen-*  
*tentiâ nec ipse quidem B. Augustinus nondum*  
*plenè conversus abhorruit, cum numen conciperet*  
*ad instar lucis omnia penetrantis nec tamen miscē-*  
*de corporibus quæ pervadit l. 7. confesl. c. 1. Fors*  
*& cognatio cum animâ nostra divina particula*  
*auræ tantum conciliavit honoris igni. Quam*  
*multi enim fuerunt ex Philosophis, qui igneæ sub-*  
*stantiæ esse dixerunt animam? Ita tota Stoico-*  
*rum natio quamvis subtimidè: Vid. Lips. Libr.*  
*tert. Physiol. Stoic. disl. 9. Et sanè vitalis spi-*  
*ritus præcipuum animæ seu vehiculum seu instru-*  
*mentum quid aliud est quam tenuissima flamma,*  
*genita ex sanguine virtute cordis, perq; totam*  
*corporis machinam volitans, eidemq; vivificum*  
*calorem largiens. Quid quod forsân ipsa vita*  
*lucis instar in sinistro cordis thalamo accense non*  
*absurdè concipiatur. Non injuria ergò Æschy-*  
*lus τὰν αἵματι ὁδῶν δίκην πυρὸς jubet (apud Plutarch. l. c.)*  
*scilicet*



scilicet nostro quoque igni quo vivimus inimicum.  
Et ab eadem causa mortem in aquis precipue ex-  
horrebant heroës, (Nannius 7. miscell. 2.) quod  
anima vim afferi hac ratione existimaret maximam  
ut quæ tantum non secus ac ignis aquæ opprimatur mul-  
titudine. Credere aliquis posset ex hac causa  
duriori fato finisse juvenem Præstantissimum Dn  
PAULUM JEREMIAM NÆFIUM, nisi  
Christi satisfactoria morte, cujus memoriam ho-  
dierno die Ecclesia recolit, factum foret, ut qui-  
cunque piorum & fidelium obitus in abitum verte-  
retur ex terreno hoc & multum incommodo di-  
versorio ad cælestem & perpetuum beatorum domi-  
cilium. Aqua enim est sed sicca, (uti loquitur  
Ronsseus in l. 3. Celsi c. 21. ex Hippocrate) seu  
flatulentus humor, cujus affluentia (τομπανίτην vo-  
cant hanc hydropis speciem οἰίατῶν τῶν αἰδῶν) ignem  
illum, cælo cognatam particulam in corde Orna-  
tissimi & eruditissimi juvenis extinxit, aut ut re-  
tius loquar, ex ruinoso edificio in firmissimum & à  
Deo constructum (2. Cor. 5.) transvolare iussit  
ante hoc biduum, sub ipsum noctis meridiem.  
Cui tamē aquæ tantum indignari non possunt aut de-  
bent parentes mæstissimi, quod carissimum pi-  
gnus & in eo spem uberrime lætitiæ abstulerit,  
quantum ille gaudet & gratulatur sibi, quod sta-

tim à natiuitate salutari baptisimi aquà ablutus à  
peccatis eo ipso lavacro jus ad hereditatem coele-  
stem acquisiuit. Quippe cum felici satù hoc in-  
loco editus esset ex familia multis utrinq; imagini-  
bus celebri Patre viro Amplissimo Dn. CASPA-  
RO NÆFEN, Comite Largitionum Reve-  
rendissimi & Serenissimi Principis Administra-  
toris Magdeburgici, Matre Honestissima AVA  
DOROTHEA REICHELMIA, seculi huius an-  
XXIII. XIII. Cal. Septēb. per eosdē statim ad sacro-  
sanctum illum fontem delatus est. Et cum in eam  
peruenisset etatem, quā jam se prode re virtutis i-  
gniculi assolent, deprebenso ingenio studiis ac-  
commodo ad uberio rem culturam capiendam An-  
no M. DC. XXXII. aliò amandatus, & cum Ma-  
gnifici Amplissimiq; Viri Dn. ARNOLDI Engels-  
brechts JCTi & Cancellarii Guelpbici filii Brun-  
suigæ privatim institutus est. Ita procul à paren-  
tum oculis, ne mollius haberi eum tener in liberos  
affectus videretur, procul à blandimentis omni-  
bus in bonæ mentis studio alacriter profecit. Re-  
versum domum formavit porro solertia Clarissi-  
mi & Consultissimi Viri Dn. CHRISTIANI  
GVEINTZII, JC. & antecessoris nostri nunquam  
sine laude memorandi per biennium, donec ineun-  
to autumnno M. DC. LII. Maturus altioribus  
stu-

studiis & academicis inchoandis de consilio pa-  
rentis & avunculi præcipue Viri Amplissimi &  
Consultissimi, Dn. D. CHRISTIAN FRIDERICI  
Reichhelms Scabini p. m. Lipsiam tanquam ad  
mercatum bonarum artium profectus est. Verum  
enim verò infauſto sanè auspicio. Nec enim Mu-  
ſis, quod aliàs rarò aſſolet, tum cum Marte benè  
conueniebat. Et vix ingreſſum cinxit unà cū urbe  
Muſarū & Mercurij ſede hoſtilis Suecorū exercitū,  
cui ſuppētiās dum properant amici, commemora-  
bili clade ad primum ab urbe lapidem proſligan-  
tur. Neq; tamen aut ciues aut milites poſt illa  
animus adeò deſeruit, ut non etiam poſt prima au-  
xilia repulſa & deſperata tolerare obſidionem &  
vel extrema pati mallent, quam victores & ſuper-  
bè dominaturos admittere, niſi ducum ignavia ar-  
cem pariter & urbem rebus omnibus neceſſariis  
inſtructam nec deſenſorum egentem prodidiſſet.  
Silent inter arma non leges tantum, ſed & Studia,  
commemorabili iuventutis damno: ſed & obruit  
continuis terroribus vigiliſq; exhauritur orga-  
num animi corpus, non ſuffecturum facile alijs la-  
boribus, & ſepè brevi temporis ſpatio tantum  
mali contrahit, quantum longa Medicorum opera  
emendare non poſſit. Certè & piè denatus NÆ-  
FILL ab eo ſtatim tempore phtbiſeos quedam ini-  
tia

tia & hectica insidiosam flammam subdolè medul-  
las exedentem sensit. Neq; tamen pressus ad ver-  
sitate isthac frangi potuit ad majora natus ani-  
mus, quin potius sub initium anni XLIV. domum  
reversus ubi Meliusculè habere cœpisset, in Aca-  
demiū JULIAM ad uberiores ibi ingenij cul-  
turam capiendam & Juris præcipuè legumq; stu-  
dium, cui se consecraverat, diligentius continuan-  
dum secessit. Inde quoq; revocatus domum annuo  
rum spatium, quantum per valetudinem licuit,  
repetendis & digerendis, quæ ibi congesserat, de-  
dit. Donec consuadente Hygiæ ante hoc ipsum  
biennium Philyren repetijt, meditans quæ octo an-  
norum spatio collegerat, ad actionem ipsam &  
prax in transferre. Et processerat sanè jam lon-  
gius, videbaturq; adeò sibi jam post longam in vasto  
juris Oceano navigationem portum conspicere,  
cum sistere eum & vela demittere Morbona &  
potentius destinatis nostris fatum iussit. Præci-  
puè ante semestre, cum variè ei commeatum per  
istud biennium dedisset, periculosus iste ex tympa-  
nitate affectus eum in vasit. Vocatus in  
subsidiū contra vim morbi Medicus  
Dn. D. JOHANNES DRAWITZIUS distulit  
malum non abstulit, quod morbo ex fundamento curando ver-  
num tempus aptius esse diceret. Sed non expectaturus erat mor-  
bus lenta remedia, ideoq; ut domi melius haberetur, ad suos se  
re-

revocarveint filium solliciti parentes; quò cum venisset ante  
sesquimestre circiter, X. C. Mart. Experientissimo Viro Dn.  
D. ANDREÆ NIETNERO Archiatro Serenissimi no-  
stri & Practico felicissimo corporis curam, animæ verò Ad-  
modum Reverendo Amplissimoq; Dn. D. SIXTO BER-  
TRAMO ad D. Ulrici Pastori commisit. Egit uterq;  
quod suum est fideliter; & hic etiam feliciter, cum VII. Eidus  
Martias expiatam sacrâ confessione animam salutare corpo-  
ris & sanguinis Dominici antidoto adversus vim secundæ  
mortis præmunivit. Corporis malum plus medicâ arte valu-  
it, in tantum, ut certus vitæ potioris, quam Christus sibi sal-  
vator suus patiendò & moriendò promeruisset, ad mortem cen-  
tensissimorum dolorum remedium festinaret, & quam mollis  
ille ac delicatus vel acutâ sibi cruce sedenti sustinere vellet, vi-  
tam, hic quam primum terminare cuperet. Neq; enim me-  
liorem istam & veram incipere citius poterat, quam hanc ca-  
ducam desisset. Itaq; spei plenus mortem venientem hilaris  
excepit, ut qui se diu ad illam præparasset, finit q; placidè inter  
suas suorumq; preces biduo abhinc ipsâ horâ noctis duodecima  
eum fuisset hujus mundi hospes per annos XXVIII, menses  
quasi VII. Quo tempore omni, ut Deo pietatem, legendo,  
audiendoq; verbum Divinum, & sacramentis devotè uten-  
do, parentibus obsequium, præceptoribus industriam, majori-  
bus reverentiam, equalibus candorem & amorem approba-  
ret, laboravit sedulo. Quo mæstiori animo parentes spem  
suam de collasse gemunt, quanto illam mæsti magis propin-  
quam credebant. Sed si rectè cogitabis, Parens optime, non  
tam deseruit ille & destituit spes tuas, quam honestâ ambitio-  
ne antevertit. Nam quem in toga decus futurum aluisse  
volebas, justitia Jesu decorus ante agni thronum triumphat.  
Et quanquam justissimus ille tuus dolor est, quis enim detra-  
heret parentum mærori ultra omnem alium acriori, quando

ex obitu prolis oritur? Cogitabis tamen, tuam magis quam fi-  
 lly te dolere vicem, qui id facere tibi non potuerit, quod tu ver-  
 so natura oraine illi prestas officium, dū morientis oculos clau-  
 dis. Nam hujus ille vita a deo cupidus non est, ut pro beneficio  
 reputaverit, eam finisse & se à falsà ad veram transisse fe-  
 licitatem. Quod si properato quasi fato abreptum doles, cogita  
 mortalem fuisse, ad debitum naturæ solvendum, quod purum  
 non in diem est, quando cunq; voluerit natura autor Deus, ob-  
 ligatum. Pones dolorem desinesq; lacrymarum, si perpenderit  
 tecum, mortalem esse desisse. Nec enim ultra moritur, sed vi-  
 vit meliore sui parte. Quid quod qui superant tibi Nati, spei  
 tuæ avaritiam nitentur fatiare, & tantò concitatore gressu  
 & ipsi ad metam pergere, ut tantò citius ex istis metas gaudia,  
 quæ in piè denato falx Mortæ succidit. Nos quod nostrum  
 est, supremum defuncto officium exsolvimus, & tumulum  
 statuimus, & tumulo hæc solennia superaddimus:

**D**um leges & jura laborat discere NÆFE, ]  
 Præstet opem ut miseris præsidiumq;  
 reis.

Conanti invidit mors improba, spemq; paren-  
 tum

Rumpit, eumq; suâ lege ream peragit.

Sed vicis se putans à Jesu vincitur, atq;

Exuvias tenet, & NÆFIUS astra petit.

Has terræ matri nunc commitemus, & illud

Addemus votum: Molliter ossa cubent!

Efferetur ex adibus paternis, Exequias ei ire, cui commodum  
 est, (nostros autem usq; & fas obligat) horâ III, tem-  
 pus est, P. P. XVI. Cal. May. 1652.

1.  
Wo der rothen Wunden Höl  
Unsers Jesus offen stehet/  
Keiner da gefährlich gehet:  
Trennt der Tod gleich Leib  
und Seel/  
So kan doch ein stetes Leben  
Christus Kreuz - Todt wieder  
geben.

2.  
Eben an demselben Tag/  
Da man Jesu Wunden schläget  
Und Ihn drauff ins Grab hin-  
leget /

Wird nicht ohne Jamer - Klag  
Auch Herr A E F E hingerücket  
Und ins tieffe Grab verschicket.

3.  
Aber wer so sterben kan /  
Hat sich wol darvon gemacht:  
Wir das Hertz im Leibe lachet/  
Sagte jener grosse Mann/  
Wenn die Zeit herbey sich findet/  
Da man meinen Jesum bindet.

4.  
Wenn die Warter - Woche ist/  
Wöcht ich wol am liebste sterben/  
Denn da kan man nit verderben/  
Weil sich zu derselben frist  
Christus Wunden reich ergiesen/  
Und auff alle Menschen stessen.

5.  
Nun Herr A E F E hat die Zeit  
Wol und seeliglich getroffen/  
Ihm steht itzt der Himmel offen!  
Und hat dort die Seeligkeit:  
Doch solt es mir Freude geben/  
Wenn Er were noch am Leben.

6.  
Als wir Beyde / Er und Ich/  
Noch so bey einander waren  
Schon vor ein und zwanzig  
Jahren/  
Da ein jeder übte sich/  
Er im lernen und im hören/  
Ich im fleiß Ihn recht zu lehren:

7.  
Dacht ich vielmahls: dieser  
Sohn  
Wird den Eltern Freude bringen  
Und mit fleiß in allen Dingen  
Sehen auff der Tugend lohn:  
Wie ich denn in vielen Jahren  
Alles guts von Ihm erfahren.

8.  
Aber da die Erndte Zeit  
Solte volle Früchte geben/  
Kömmt der Tod und nimmt das  
Leben/  
Bringt de Eltern traurigkeit:  
Und kan ich sie nicht verdencken/  
Wen sie ob den Tod sich kränckē.

9. Doch

9.

Doch muß man in solche Leyde  
 Mit dem guten Gottes Willen  
 Allen Hertzens Kummer stillen:  
 Dort hat itzt Herr **MESE**  
 Freud/  
 Er hat alles überwunden/  
 Durch des **HEILIGEN JESU**  
 Wunden.

10.

Ander Welt ist nichts mehr gut  
 Sie treibt lauter solche Sachen  
 Die nur Bösewichter machen:  
 Drum auch der am besten thut/  
 Der stracks in der Jugend stirbet  
 Und nicht samt der Welt ver-  
 stirbet.

11.


Wer mit **JESU** hier zugleich  
 Am Charfreitag wird begraben  
 Der kan seine Ruhe haben/  
 Auch bald drauff im Himmel-  
 Reich  
 Die recht grosse Oster-Freude  
 Da man weiß von keinem Leyde.

12.

Sehet Unfern **PAULUS**  
 an/  
 Welcher Name wenig heisset/  
 Und des Todtes Macht uns  
 weist/  
 Nun Er aber ist hinan/  
 Billich man Ihn so erkennet  
 Und recht **JEREMIAS**  
 nennet.

Zum Trost schrieb solches  
 eylfertig

**Christoph Dörffel**  
 Pfarrer zu Glaucha  
 vor Hall.



End Ihr denn gantz und gar  
 Zum Creuze nun gehohren/  
 Und zum Unfall erkohren/  
 Das köme von Jahr zu Jahr z  
 Raum



Raum könnt Ihr eins verschwinden/  
Bald andre sich drauff finden:

Geehrter Herr/Gott hat  
Ein hartes euch erweistet  
Mit Thränen-Brod gespeiset  
An Freuden-Weines statt.  
Dann weil er auch mehr liebet/  
Er euch auch mehr betrübet.

Der Kinder schöne Schaar  
Hat Er euch zwar gegeben  
Doch lassen sehn daneben  
Der etlich' auff der Bahr/  
Der lieben Kinder Freude  
Wird offters euch zum Leyde.

Es hat des Todtes Krafft/  
Den Sohn/den lieben Frommen/  
Vor dem Hinweg genommen  
Ihnd wird hingerafft/  
Der/des Ihr Treu gepflogen/  
Zu eurem Schutz erzogen.

Ihn hat sein Vaterland  
Und wir stets sehn bemühen  
Auff Von hinzuziehen/

Es

Es ist mir noch bekand  
Wie er der Künste Gaben  
Beflissen sich zu haben.

Sein Feuer-voller Geist/  
Nach dem der Grund geleyet/  
Die rechte Schul-Zucht heget/  
Ist ferner fort gereist  
Wo Helmstät wird genennet/  
Daß seinen Fleiß noch kenneet.

Nun wolt er weiter ziehn.  
Er ließ die Sinnen fliegen/  
Er suchte sein Vermügen  
Durch Themis Werck zu blähen/  
Die Ihm die hohen Ehren  
An Leipzig wolte mehren.

Den Armen er zum Schutz  
Begunte solcher Sachen  
Den Anfang schon zu machen/  
Diß ist des fleisses Nutz/  
Das Jugend und Unkosten  
Vergeblich nicht verrosten.

Aber, ach kurze Zeit!

Sein

Sein Unglück stund dar offen/  
Weil Kranckheit Ihm betroffen/  
Dte brachte dieses Lend/  
Das Er mit solchen Gaben/  
Wird all zu früh begraben.

Doch Ihm ist wol geschehn!  
Er hat nun auß studiret/  
Astrea dort Ihn zieret.  
Zumahl weil er gesehn/  
Das hier das Recht erstirbet/  
Und Billigkeit verdirbet.

Drañ hat er nachgeeylt  
Astreen/ die verflagen/  
In Himmel nauff gezogen/  
Hat sich hier nicht verwellt/  
Er ist dahin versetzt  
Wo kein Unrecht verlezet.

Ihr Eltern/ haltet inn!  
Ergebt Euch Gottes Willen  
Der kan den Schmerzen stillen  
Erfreuen Euren Sinn.  
Was Gott einmahl versehen/  
Das wird doch wolgeschehen.

Wer

Wer weiß / des Höchsten Rath  
Wird Euch noch vielem Leiden  
Auch schencken größere Freuden/  
Bey Ihm ist Will' und That.  
Der woll' Euch Creutz und Plagen  
Beständig helfen tragen.

In höchster Eyl schreib es zu dienstfreundl.  
Mitleidens Erwelsung  
Frid. Cahlenus M. & P. L. C.

**N**il purum mundumvé datur, sed confita  
*nevis*

Omnia, terrarum quæ vagus Orbis habet.  
Quod quia novisti, *NÆVI*, *nevosus* haberi  
Detrectas posthac, & loca pura petis;  
Nescia quæ *nevi*, labis quæ nescia, purâ  
Purus Salvator quæ tibi morte dedit  
Hebdomados magnæ præsentis luce. Beatus,  
Vera Cui optatò sic nova forma venit.  
Felix, qui moritur cum **CHRISTO**; namq; re-  
surgit

Olim per **CHRISTUM**. Mors ita Vita  
cluit.

lug. adponcb.

Caspar Freyer LL. St.

**F I N I S.**

Nr 332

ULB Halle

3

001 594 656




TA → OL



Retro: Stk. 39 - 42 unvollst.,  
nicht in PICA

V077





Farbkarte #13

B.I.G.



HONORI  
ET POLITISSIMI  
REMIÆ  
ENSIS

C.  
EDERICVS  
Gymnafii

✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻  
IÆ.  
appoldti.

*Josephus Reinhold B...*

